



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ  
Deuotæ**

**Richeome, Louis**

**Coloniæ, 1610**

In lingua virtutem vitiumque repræsentari. Colloquium LIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](#)

videlicet ac dentes : brachia frigus,  
calor, laßitudo, infirmitas, paralysis  
eneruare possunt, linguam non pos-  
sunt. Vnde licet corpus in angustissi-  
mā capsā aut culeū insueretur, & v-  
niuersa mēbra cōglutinarentur, lin-  
guam tamē liberrimam domicilio suo  
gestiret, volueretur ac exultaret, q̄  
viuam imaginem excellentissimi il-  
lius liberi arbitrij præ se fert; quod  
in medijs carceribus, inter vincula,  
inter compedes, flamas, ferrum,  
fidiculas, & innumera tormenta,  
liberum arbitrium permanet, nulla  
vi expugnatur, violentia frangitur,  
metu à terrore pessum datur. Et id  
circo similitudinem illius lingua  
consecuta est, qui pertinacissimè il-  
lud imitatur, & eius libertatem ac-  
curatissimè repræsentat.

---

*In lingua virtutem vitiumq; repre-  
sentari.*

COLLOQVIVM LIII.

THEOL. **A**CCEDAMVS porrò iam il-  
lud, quod in eadem parte re-  
peritur, imaginem videlicet  
vitij

vitij aut virtutis, laudis aut reprehē-  
sionis: nam cum vox velut internū-  
tia ac interpres animę sit, ita eā quo-  
que principalem basim esse oportet,  
in qua hominis vituperium, aut cō-  
mendatio contra versetur. Ideò e-  
nim planè Democritus ille, vocem  
vmbram tantum ac repræsentatio-  
nem operum esse dicebat: & Romu-  
lus hominum ingenia ex sermone,  
non aliter quam testas ex sono, cog-  
noscenda esse affirmabat. Demonax  
animæ eam speculum nominabat, quod  
quēadmodū ex speculo figurā cor-  
poris colligimus, ita animæ formā,  
turpitudinē aut venustatē ex lingua  
evidētissimē perspiciamus. D. Iaco-  
bus in epistolæ suæ cap. 1. ait eum  
qui linguam suam refrenare nesciat,  
religiōsi hominis & boni viri titu-  
lum ementiri. i. linguam malam aut  
sceleratā, bonæ vel sinistræ fontem  
esse existimationis. Bias celebriū il-  
le veterum Philos. ac 7. sapientum

*Laer. l. 92  
in Dem.*

*Max. fer.  
15.*

*Max. fer.  
15.*

*Lingua*

*grande*

*bonū &*

*earum quæ in sacrificijs offerrētur, grande*

*optimam pessimamque, iuxta esse: &, malum.*

*cur quælo, nisi quia clarè indicare*

*vole-*

volebat, membrum istud principale organum bonorum, & instrumentum malorum esse. Hæc Echo illa animæ est, semper eadem ingeminsans, nunquamque aliud quæ quod

*Prouerbij ab anima succlamatur edicens: quæ  
stultus admodum sacra scriptura ait, stultus  
stulta loquitur de stultis loquitur, & prouerbium  
quitur. Gallorum inquit: d'vn sac plain de  
charbon, n'en sort que de la poudre  
noire, et d'une boette demuse, n'en  
sort que bonne odeur. id est, è sacco  
pleno carbonibus puluis ater ef-  
funditur, è pomo musci odor gratus  
exhalatur. Ergo si anima casta est,  
lingua impudica esse non potest; si  
anima humilis, si iusta, si sancta est,  
talem quoque linguam existere ne-  
cessè erit: si verò auara, si crudelis,  
si libidinosa, si arrogans, si alio quo-  
piam vitio denique affecta, id con-  
festim lingua indicabit, nunquam  
celatura, nunquam occultura est. Nūc  
quoniā ostendim' bonitatē aut ma-  
litiā originem suā, colorē & perfe-  
ctionē à volūtate trahere ac multua-  
ri, illud reuera consectarium erit, si  
lingua ad viuum animæ vitia aut*

*vir-*

virtutes repræsentat, veram perfe-  
ctamque eam voluntatis imaginem  
esse oportere, scaturiginem pietatis  
aut improbitatis spiritualis, & pro-  
prium instrumentum gloriae ac vi-  
tuperij, meriti aut peccati esse meri-  
to vocitandam.

*In auribus tertiam animæ facultatem  
Memoria esse depictam.*

## COLLOQUIVM LIV.

**A**CCEDEIT nunc pulcherri-  
mis istis animæ ornementis THEO-  
& facultatibus Memoria,  
quæ speciosissimè in auribus picta ac  
adumbrata est: non modò propter i-  
psam concavitatem & capacitatem,  
sed propter officium: etiam quo res  
recipere, ac receptas retinere fideliter  
& diligenter debet; quemadmo-  
dum quoque animæ ista facultas  
Memoria, quam repræsentat capa-  
cissimum scientiarum receptaculū  
est, & omnium cognitionum ac se-  
cretorum animæ locupletissimum  
penu. Demonstrat quoque illud ipse  
earū situs, ipsa constitutio, ipsa dis-  
posi-